Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

iohannis euangelista de diuinitate xpi. tres autem alii de eius humanitate ministerium suscepere
scribendi. baptista uero iohannes legis uel eris quoque precursor est gratiae testimonium tenet. pulchre
iohannes euangelista praedicante adhuc et baptizante domini praecursore ipsum dominum plures discipulos
facere et baptizare testatur. mistice docens eum prius quam in carne nasceretur aeternum
per saecula dominum et fidelium per legem doctorem fuisse populorum. pulchre et euangelistae alii
post traditum carceri iohannem dominicae praedicationis exordium sumunt. quorum officii
erat post corruptam a iudaeis legem et quasi tenebris carceris ignorantia caeca sceleraque traditi
onis foedatum. dominum in carne apparentis ac per carnem operientis quasi aduenientis in galilea
caelestem pandere doctrinam. apertum est caelum.

xiii Factum est autem cum baptizaretur omnis populus et ihu baptizato et orante
xiiii Baptizatus est dominus non ipse aquis mundari sed ipsas mundare cupiens aquas quae ablutae per carnem
v eius peccati utique nescia baptismi ius induerent. et quod tamen in numeris sub lege baptismata
xv non poterant contra praeuaricationis malum uim regenerantis uel sanctificationis conciperent. Un
de bene cum baptizatum diceret omnem populum nihil magni addidit. Ihu autem baptizato
et orante. apertum est inquit caelum quia dum corporis humilitate dominus undas iordanis subit.
diuinitatis suae potentia caeli nobis ianuas pandit. Dumque caro innoxia frigentibus tingitur
aquis opposita quondam noxiis rumphea restinguitur ignea. quid enim num quid ei
tunc caelum apertum est cuius oculi caelorum interiora cernebant. sed uirtus ibi baptis
matis ostenditur. de quo quisque cum egreditur regni caelestis ei ianua declaratur. sicut
et illud quod ihs cuius omnia quae patris sunt baptizatus orasse memoratur. ad nos in
formandos actuum non dubitatur. quibus lauacrum baptismatis ut aula caeli pandatur.
non otiose uiuendum sed ieiuniis precibus atque elimosinis est insistendum. quia et si peccata
sunt omnia in baptismate laxata. non adhuc tamen est carnis fragilitas solidata. Nam
quasi transito mari rubro necatos quidem gratulamur aegiptios. sed in deserto munda
nae conuersationis hostes occurrunt aliqui duce xpi gratia et cooperatrice nostro
sudore uincantur donec promissam uitae aeternae peruenamus ad patriam.

Et descendit sps scs corporali specie sicut columba in ipsum.
Bene corporali specie quia in natura diuinitatis a mortalibus uideri non potuit. bene
sicut columba quia disciplinae effugit fictum. nec habitauit in corpore subdito peccatis.
et quia ad exemplum simonis in felle amaritudinis et iniquitatis obligatione perdurant
sortem in eo partem quae habere nullatenus possunt. Unde cum mundi crimina quon
dam in figuram baptismi diluuio purgarentur. non coruus sed columba ore delatus oliue
ramos pacem saeculo redditam nuntiauit. mistice docens solis eius qui in cordis simplici
tate baptizati sunt unctionem sci sps adfuturam. Nemo enim putet dominum post bap
tisma primum sps sci gratia perunctum aut aliquem diuinae naturae per tempora gessisse